

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM  
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis  
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea  
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

**Lichtenberger, Johannes**

**Köln, 1526**

Capvt tricesimvmseptimvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160364)

tionibus. Damnabit plura beneficia ac redditus, & statuet clericos ut uiuant de decimis & oblationibus. Interdicet pompas uestium, omnia inhonesta, choreas, cantilenas, & ut mulieres honestissime incedant sine auro & gemmis, & mandabit predicare Euangelia. Stabit in Papatu pauco tempore. Hic uir sanctissimus, quattuor annis quibus tranfactis, feliciter migrabit ad dominum.

ARATOR IN CAMPO ET LABORATOR IN UINEA.



CAPVT TRICESIMVM SEPTIMVM.

PROGNOSTICVM IOANNIS



Vbsequēter cōfestim Deus suscitabit alios tres viros sanctissimos, unum post aliū in virtutibus & miraculis consimiles, qui facta & dicta antecessoris confirmant. Sub quorum regimine status ecclesiæ recreset. & hij appellabunt pastores angelici.

SEQVITVR TERTIA

PARS HVIVS OPVSCVLI.

Tulaice lobora, ut sustentem eosdem,  
Arator in campo, & laborator in vinea.



Estat nunc tertio, ut de vulgi statu aliqua dicantur, heu multæ nanq; inter priuatos homines rixæ & cōtentiones erunt. Interfectiones, accusationes, uincula, carceres, damnationes, odia, ac seditionum turbulenta certamina, ueterumq; causarum sopitas excitabunt simultates. uaria quoq; funestæ calamitatis discrimina patientur, quæ tamen in diuersis uarietatem recipient iuxta climatum differentias.

CAPVT PRIMVM.

Vngari. Bohemi. Baiorici.



Sti principatus erunt inquieti & turbulenti, inimicissimi pacis & quietis, clamorosis & funerosis contentionibus plebis animos inflammantes. Intestina ac domestica bella, furiosa mentis cupiditate semper desiderabunt. Plures tamen illorum mala morte pereuntes, uitæ munus implebunt, ac fulminis ictu repentino mortis opprimēt occasu, aut equi calcitrantis impetu, aut equo delecti misera corporis iactura morient. Aut scopulis periclitati, aut mari fluminibus ue submersi peribunt, aut alterius nouellæ & inauditæ repetinæ mortis